

Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Pii

Divina Providentia Papae VII Constitutio

Quae Societas Jesu in statum pristinum in Universo Orbe Catholico restituitur.

Pius Episcopus
Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.



Sollicitudo omnium Ecclesiarum humilitati Nostrae, meritis licet et viribus impari, Deo sic disponente concedita, Nos cogit omnia illa subsidia adhibere, quae in Nostra sunt potestate, quaeque a Divina Providentia Nobis misericorditer subministrantur, ut Spiritualibus Christiani Orbis necessitatibus, quantum quidem diversa, multiplicesque temporum, Locorumque vicissitudines ferunt, nullo Populorum et Nationum habito discrimine, opportune subveniamus.

Cujus Nostrae Pastoralis Officii oneri satisfacere cupientes statim ac tunc in vivis agens Franciscus Kareu, et alii Saeculares Presbyteri a pluribus Annis in amplissimo Russiaco Imperio existentes et olim addicti Societati Jesu a felicis recordationis Clemente XIV. Praedecessore Nostris suppressae, preces Nobis obtulerunt, quibus facultatem sibi fieri supplicabant, ut Auctoritate Nostra in unum Corpus coalescerent, quo facilius Juventuti Iudei rudimentis erudiendae, et bonis moribus imbuendae ex proprii Instituti ratione operam darent, munus praedicationis obirent, Confessionibus excipiendis incumbere, et alia Sacramenta administrarent: eorum precibus eo libentius annuendum Nobis esse duximus, quod Imperator Paulus Primus tunc temporis Regnans eodem Presbytero impense Nobis commendavisset humanissimis literis suis die undecima Augusti Anni Domini millesimi octingentesimi ad Nos datis, quibus singularem suam erga ipsos benevolentiam significans gratum sibi fore declarabat, si Catholicorum Imperii sui bono Societas Jesu Auctoritate Nostra ibidem constitueretur.

Quapropter Nos attento animo perpenderit quam ingentes utilitates in amplissimas illas regiones, Evangelicis Operariis propemodum destitutas, essent proventurae, quantumque incrementum ejusmodi Ecclesiastici Viri, quorum probati mores tantis laudum praerogativis commendabantur, assiduo labore, intenso salutis animarum procuranda studio, et indefessa Verbi Divini praedicatione Catholica Religioni essent allaturi, tanti tamque benefici Principis votis obsecundare rationi consentaneum existimavimus. Nostris itaque in forma Oreris Literis datis die septima Martii Anni Domini Millesimi Octingentesimi primi praedicto Franciscus Kareu, aliisque ejus Sodalibus in Russiaco Imperio degentibus, aut qui aliunde illuc se conferre possent, facultatem concessimus, ut in unum Corpus seu Congregationem Societatis Jesu conjungi, uniusque liberum ipsis esset, in una vel pluribus domibus arbitrio Superioris, intra fines quantaerat Imperii Russiaci designandis; atque ejus Congregationis Praepositum generalem eundem Presbyterum Franciscum Kareu ad Nostrum et Sedis Apostolicae beneplacitum deputavimus cum facultatibus necessariis et opportunis, ut Sancti Ignatii de Loyola Regulam a felicis recordationis Paulo Tertio Praedecessore Nostris Apostolicis suis Constitutionibus approbatam et confirmatam retinerent et sequerentur: atque ut hoc pacto Socii in uno Religioso Coetu Congregati Juventuti Religione, ac bonis Artibus imbuendae operam dare, Seminaria, et Collegia regere, et probantibus ac consentientibus Locorum Ordinariis Confessiones excipere, Verbum Dei annunciare et Sacramenta administrare libere possent; et Congregationem Societatis Jesu sub Nostra et Apostolica Sedis immediata tutela et subjectione recepimus; et quae ad illam firmandam et communiendam, atque ab abusibus et corruptelis, quae forte

inrepsissent repurgandam vim fuisse in Domino expedire, Nobis ac Successoribus Nostris prescribenda et sancienda reservavimus; atque ad hunc effectum Constitutionibus Apostolicis, Statutis, consuetudinibus, privilegiis et Indultis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis et confirmatis, praesertim Litteris Apostolicis memorati Clementis XIV. Praedecessoris Nostris incipientibus Dominus, ac Redemptor Noster expresse derogavimus in iis tantum quae contraria essent dictis Nostris in forma Brevis Litteris, quantum initium Catholicae et dumtaxat pro Russiaco Imperio dargis.

Consilia, quae pro Imperio Russiaco capienda decreverimus, ad utriusque Siciliae Regnum non ita multo post extendenda censuimus ad preces Charissimi in Christo Filii Nostris Ferdinandi Regis, qui a Nobis postulavit, ut Societas Iesu eo modo, qua in Praefato Imperio stabilita a Nobis fuerat in sua quoque Ditione de Statibus stabiliretur; quoniam luctuosissimis illis temporibus ad juvenes Christiana pietate ac timore Domini, qui est initium Sapientiae, informandos, doctrinaeque, et Scientiis instruendos praecipue in Collegiis, Scholisque publicis Clericorum Regularium Societatis Iesu opera uti in primis opportunum sibi arbitrabatur. Nos ex numeris Nostris Pastoralis debito piis tam Illustris Principis desideriis, quae ad Majorem Dei Gloriam, Animarumque salutem unice spectabant, morem gerere exoptantes Nostris Litteris pro Russiaco Imperio datas ad utriusque Siciliae Regnum extendimus novis in simili forma Brevis Litteris incipientibus Per alias expeditis die Trigesima Julii Anni Domini Millesimi Octingentesimi Quarti.

Pro ejusdem Societatis Iesu restitutione unanime fere totius Christiani Orbis consensu instantes, urgentesque petitiones a Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis, atque ab omnium insignium Personarum Ordine et Cetu quotidie ad Nos deferuntur; praesertim postquam fama ubique divulgata est uberrimorum fructuum, quos haec Societas in memoratis Regionibus protulerat, quaeque prolis in dies crescentis fecunda, Dominicum Agrum latissime ornatura et dilatatura putabatur.

Dispersio ipsa Lapidum Sanctuarii ob recentes calamitates, et vicissitudines quas deffere potius jurat, quam in memoriam revocare, fatiscens disciplina Regularium Ordinum (Religionis et Ecclesiae Catholicae splendor, et columnen) quibus nunc reparandis cogitationes curaque Nostrae diriguntur, efflagitant ut tam equis et communibus Notis Assensum Nostrum praestemus. Gravissimi enim criminis in conspectu Dei nos Nos esse crederemus, si in tantis Reipublice necessitatibus ex salutaria auxilia adhibere negligere, quae singulari providentia Deus Nobis suppeditat, et si Nos in Petri Navicula assiduis turbinibus agitata et concussa collocati expertos et validos, qui sese Nobis offerunt, Remiges ad frangendos Pelagi naufragium Nobis et exitium quovis momento minitantis fluctus respiceremus.

Tot, ac tantis rationum momentis, tanque gravibus causis animum Nostrum moventibus id exequi tandem statuimus, quod in ipso Pontificatus Nostris exordio vehementer optabimus. Propterea igitur Divinum auxilium ferventibus precibus imploravimus, Suffragiis et Consiliis plurimum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium auditis, ex certa scientia, deque Apostolicae Potestatis plenitudine ordinare et statuere decrevimus, ut revera haec Nostra perpetuo valida Constitutione ordinamus et statuimus, ut omnes Concessionis et facultates a Nobis pro Russiaco Imperio et utriusque Siciliae Regno unice datae, nunc extensa intelligantur et pro extensis habeantur, sicut prae eas extendimus, ad totum Nostrum Statum Ecclesiasticum, aeque ac ad omnes alios Status et Ditiones.

Quare concedimus et indulgemus Dilecto Filio Praebitero Thaddaeo Brzozowski moderato Praeposito Generali Societatis Iesu, aliisque ab eo legitime deputatis omnes necessarias et opportunas facultates ad Nostrum et Sedis Apostolicae beneplacitum, ut in cunctis praefatis Statibus, et Ditionibus omnes illos, qui in Regularem Ordinem Societatis Iesu admitti et cooptari petent, admittere et cooptare libere ac licite valeant; qui in una vel pluribus domibus, in uno, vel pluribus Collegiis, in una, vel pluribus Provinciis sub Praepositi Generalis pro tempore existenti obediencia conjuncti, et, prout res feret, distributi, ad praescriptum Regulae Sancti Ignatii de Loyola Apostolicae Pauli Tertii Constitutionibus approbatae et confirmatae suam accomodent vivendi rationem; concedimus etiam, et declaramus, quod pariter Juventuti Catholicae Religionis rudimentis erudiendae, ac probis moribus instituendae operam dare, nec non Seminaria et Collegia regere, et consentientibus atque adprobantibus Ordinariis Locorum in quibus eos degere contigerit, Concessiones

audire, Verbum Dei predicare, et Sacramenta administrare libere et licite valeant; omnia vero Collegia, Domus, Provincias, Sociosque sic conjunctos, et quos in posterum conjungi et aggregari contigerit, jam nunc sub immediata Nostra et hujus Apostolicæ Sedis tutela, præsidio, et obedientia recipimus; Nobis et Romanis Pontificibus Successoribus Nostris reservantes ea statuere ac præscribere, quæ ad eandem Societatem magis magisque constabulicendam et communiendam et ab abusi-
bus, si forte (quod Deus avertat) inproserint, repurgandam, statuere ac præscribere videri fuerit expedire.

Omnes pro et singulos Superiores, Præpositos, Rectores, Socios et Alumnos qualescumque hujus restitutæ Societatis quantum in Domino possumus commonefacimus, et exhortamur, ut in omni loco ac tempore sese fideles Assedas et imitatores tanti sui Parentis et Institutoris exhibeant regulam ab ipso conditam et præscriptam accurate observent, et utilia monita ac consilia quæ Filiis suis tradidit summo studio exequi conentur.

Denique dilectis in Christo filiis Illustribus et Nobilibus Viris, Principibus, ac Dominis temporariis, nec non Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et Episcopis, aliisque in quaris Dignitate constitutis scæpeditam Societatem Jesu, et singulos illius Socios plurimum in Domino commendamus, eoque exhortamur, ac rogamus non solum ne eos inquietari a quocumque permittant, ac patiantur, sed ut benigne illos, ut decet, et cum charitate suscipiant.

Accipientes presentes Litteras, et in eis contenta quacumque semper, ac perpetuo firma, valida, et efficacia existere, et fore, suoque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit inviolabiliter observari debere; sicque et non aliter per quoscumque Judices quaris potestate fungentes judicari et definiiri pariter debere; ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quaris auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac præsertim supramemoratis Litteris in forma Brevis felicis recordationis Clementis Decimiquarti incipien: Dominus ac Redemptor Noster sub Annulo Piscatoris expeditis die vigesima prima Julii Anni Domini millesimo septingentesimo septuagesimo tertii, quibus ad præmissorum effectum expresse ac speciatim intendimus derogare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem presentium Litterarum Transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in Judicio et extra adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel extense.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Ordinationis, Statuti, Extensionis, Concessionis, Indulti, Declarationis, Facultatis, Receptionis, Reservationis, Moniti, Exhortationis, Decreti et Derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo Quartodecimo, septimo Idus Augusti, Pontificatus Nostræ Anno quinto decimo.

A. Card. Pro-Datarius.

R. Card. Braschi Ronesti.

Visa
De Curia D. Testa:

Loco * Plumbi

F. Pavizzarius

Registrata in Secretaria Brevium.



Ego infrascriptus fidem facio, Transumptum hoc Constitutionis Apostolicæ autographo Romæ impresso in omnibus esse conforme, Datum Petropoli Anno Domini 1814. die 15. mensis Decembris.

Antonius Lochmann de Multz Notarius Apostolicus.

Supposita, quæ ab utraque tum civili tum Ecclesiastica potestate habetur, licentia typis rursus mandandi Apostolicam hanc Constitutionem, reimpressio ejus permittitur. Anno Dom. 1814. die 30. Mensis Decembris.

Desiderius Richardot S. J. Censor Librorum.

Handwritten text at the top of the page, appearing to be a header or introductory paragraph.

Handwritten text block, possibly a section header or a specific point in a list.

Handwritten text block, continuing the narrative or list.

Handwritten text block, possibly a section header or a specific point in a list.

Handwritten text block, continuing the narrative or list.

Handwritten text block, possibly a section header or a specific point in a list.

Handwritten text block, continuing the narrative or list.

Handwritten text block, possibly a section header or a specific point in a list.

Handwritten signature or name at the bottom left.

Handwritten signature or name at the bottom right.



Handwritten text or signature below the stamp.

Handwritten text or signature in the middle right area.

Large block of handwritten text at the bottom of the page, possibly a footer or a concluding paragraph.